

Folium lvi

56

alius pater. alius eius filius etc. qz illa est vera pater est alius a filio. sed illa est heretica. pater est aliud filij. qz si aliud dicitur diuersitatem essentie et sic esset sensus. qz essentia que esset inter patrem et filium esset diuersa. sed hoc est falsum. § etc. Item nota. autor in hac s'ma hortatur ad p'ssionem vestre fidei. et postea inuitat nos ad p'mendationem sancte trinitatis. pro quo ulterius nota. Hec tota sequentia est collecta ex simbolo archanasij. in q' ipse docet fidem catholice. et ea que requiruntur ad saluationem nostram.

¶ Item nota ad fidem sancte trinitatis trahimur funiculo. qui funiculus triplex difficiliter corrumpitur quo trahimur de profundo culpe. Iste est pater filius et spiritus sanctus

unde beatus Aug. Funiculus fidei trinitatis nunquam sumitur cum tunc non sit nouus sed antiquissimus. qz patriarcha Abraham vidit tres et unum adorauit. Item in fide trinitatis tribus digitis apprehendimus eam et in gloria collocamur. unde Isa. Quos apprehendit tribus digitis molem terrae unde terra ecciam significat. qz sicut super aquas fundata est. sic ecclesia super aquas baptismatis. unde ps. Quia ipse super maria fundauit eam. Et data autem est tribus digitis. i. fide trinitatis. unde in euangelio Baptisantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti. Pro littera nota. autor dicit qz per eternitatem sumus creati ad designandum qz eternitas sit coeterna trinitati. vt pater in libro gen. vbi dicit. Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. dicit enim faciamus. propter trinitatem personarum. et dicit ad ymaginem in singulari propter unitatem essentie. vt prius patuit in prima sententia huius p'se. Item seculum significat spacium certum annorum. Et s'm regulam p'ficiam. Grus pluralis super aliquem terminum reflexus importat excellentiam. § dicit in littera secula seculorum. ad designandum excellentiam centenarij numeri in annis. Sed cum additur infinito per hoc eternitas designat que describi non potest nisi sub tpe infinito.

Tunc ibi. Lauda syon saluatorem

Lauda syon saluatorem. Hec est alia sequentia que in memoriam et reuerentiam gloriosi sacramenti corporis et sanguinis christi p'posita est. et diuiditur principaliter in duas partes. In prima parte hortatur fideles ad laudem christi. In secunda parte introducit principalem materiam huius festi. scilicet ibi. Laudis thema specialis. pro primo dicit sic (O syon) id est anima fidelis (tu lauda) saluatorem (lauda duces et pastorem) tuum (in hymnis) id est cum cantu exteriori (et canticis). i. sub iubilo interiori mentis (O syon tu aude) quantum potes (qz) scilicet saluator tuus (est maior) omni laude. (nec sufficis). i. non potes (sufficenter laudare). i. deum. ¶ Notandum qz sicut David propheta scribit in psalmo Desiderium fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus escam dedit timentibus se. In quibus verbis equidem ipse David propheta describit

Lauda syon saluatorem lauda

duces et pastorem in hymnis

et canticis Quantum potes tantum aude

qz maior omni laude nec laudare sufficis